Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. II. Quinam effectus irregularitatis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

Visual Library

ſterio privat, vel ſolo aſcenſu ad ordinem ſuperiorem; v.g. oculis vel palma Sacerdos carens inhabilis eſt ad Miſſam, non tamen ad confeſſiones audiendas; & Diaconus ſiniſtro oculo carens, inhabilis eſt ad Sacerdotium, in ſuo tamen Ordine miniſtrare poteſt.

DUBIUM II.

Quinam effectus irregularitatis?

Reſp. Sunt ſequentes. 1. Inhabilitate ad ordines ſuſcipiendos, etiam primam tonſuram, & impedire exercitium ordinem ſuſceptorum. Unde Sacerdos irregularis, etſi validè, illicitè tamen abſolvit. *Bon.l.c.num.* 4. *&* *p*.4. 2. Quod collatio beneficii, ad cujus functiones inhabilis eſt facta Irregulari, invalida ſit, ſecundum ſententiam communiorem & tutiorem; etſi non improbabiliter quidam dicant, eam non ipſo facto irritam eſſe, ſed meritò irritandam. *Laym.l.c.c.*1.*n.*2. *&* 3. *Sylv. &c.* Bon. *p*.4. Secundum quam ſententiam probabilem reſolves.

I. Is, qui beneficium impetravit in irregularitate, poteſt, obtenta hujus diſpenſatione, illud in foro conſcientiæ licitè retinere, ſine nova collatione, etiamſi in diſpenſationis impetratione non ſit facta mentio beneficii. Item ſi poſtea beneficio privetur, non tenetur fructus reſtituere.

II. Graviter peccat, qui in irregularitate exercet actum ordinis, aut ſuſcipit, licet ordines ei collati ſint validi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN